

















COLLEGIUM THEOLOGICUM  
UNIVERSITATIS HALLENSENSIS

UNIVERSITÄT HALLE

TESTAMENTIS ORATIONES

Approbata Magnifica & Nobilitate  
Universitatis Hallensis

ANNO DOMINI 1710

ALPHONSO MARIANO

ALPHONSO MARIANO









6557

1652

30.

19

1

D. O. M. A.  
 COLLEGII INSTITUTIONUM  
 Dn. CHRISTIANI KREMBERGS J. U. D.  
 DISPUTATIO SEPTIMA  
 De  
**TESTAMENTIS OR-**  
**DINANDIS.**

*Quam*  
 Approbante Magnificâ & Nobilif-  
 simâ Facultate Juridicâ in Illustri Academiâ

Wittebergæ

P R Æ S I D E

**DAVIDE CICHORIO** Lufato,  
 J. U. Cand.

*Placide eruditorum ventilationi*

*subjicit*

**MARTINUS ALEMAN** Saxo Patr. Magdeb.

*Ad d. 18 Julij. Augusti.*

Horis & loco consuetis.

WITTEBERGÆ

Typis Johannis Rohneri Acad. Typogr.

ANNO M D C L I I.





10

D. O. M. N. COLLEGIUM  
D. C. A. S. T. A. M. A. R. I. A. N. O. S. I. D.

TESTAMENTIS OR  
C. O. N. T. I. N. E. N. T. I. S.

Approbatione Magnificae & Nobiliss  
Academiae

DAVIDE CICHORIOLIANO

MARTINIS HANNA Saxonis Maglob.

*Handwritten signature*

Hab. & loco contractis

Typis Johannis Rehnert Acad. Typogr.  
ANNO M D C C I X

M. D. C. C. I. X.

10







**H**Oc decet, ut soboles vestigia rara parentum,  
comprimat, & studeat condecorare domum.  
Magnus erat genitor tuus olim, magnaque fecit  
ut fulcrum patriæ, ceu mihi fama refert.  
Et tu magnus eris, sopitaque semina patris  
Accendes, quod jam comprobat illud opus.  
Continua tantos nimio sudore labores  
Ut profis patriæ, patria dona dabit.

M. Christianus Barthesius  
Colb. Pom:

Φίλῳ Τιθωνῶ, ἀλλ' ἐμοίγε Φίλτερῳ  
ΑΛΕΜΑΝΝ' ἰδὲ! κικλίσκη εἰς μάχην, ἴθι.  
Κικλίσκη εἰς ΘΕΜΙΔΟΣ καλὴν μάχην, ἴθι,  
Λιγῶν καθέδραν εὐκλεῆ, καὶ εὐκλεῶς.  
Μαρνάμεν ἑ, ὄρμην ἴφι βελέων τέτλαθι.  
Τότε δὴ Εγώγε συγχαρεῖς εὐφημέω.  
Σύν' τῷ θεῷ ἀγῶνα τόνδε νίκασε  
Αἰετήσῃ ἐν βραχεί ΒΡΑΒΕΙΟΝ ΛΑΦΝΙΝΟΝ!

*Ita pauculis hisce*

*Ornatissimo DN. Respondenti, Amico suo  
ut Erudito ita Candido*

*l. m. g. acclamare, voluit, debuit*

M. Daniel Tiefftrunck/Better-  
feldâ Saxo, SS. Theol. Stud.

Felix



**F**elix cui cordi est Pietas, meditatio cujus  
Est in Lege DEI semper, namq; arboris instat  
Plantata ad ripas hic est, fructusq; perennes  
Afferet, & voto succedent omnia facta.  
Hæc Tecum recolens Tibi Biblia Sacra legenda  
Præprimis ducis, Themidos post castra revisis  
Fortem Te præstans, nulli cedensq; labori:  
Hinc Tua cum maneat Pietas conjuncta labori  
Ingenii monstras dotes, documentaq; multa  
Doctrinæ profers, magnam laudemq; reportas.  
Gratulor hos ausus! posthac quoq; gratia JOVÆ  
Te foveat, studiumq; Tibi det prospera quæq;!

*Hæc ex animo precatur  
pio & svavissimo suo  
contubernali*

Johannes Müller Playia-  
Variscus





DN. CHRISTIANI Krembergs J. U. D.

DISPUTATIO VII.

De

# TESTAMENTIS

ORDINANDIS.

PRÆSIDE

DAVIDE CICHORIO Lufato, LL. C.

RESPONDENTE

MARTINO ALEMÁN Magdeburgensi.

I. Testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis post mortem fieri velit.

*L. i. D. Qui testa. fac. post.* Genus est SENTENTIA, id est, demonstratio vel enuncitatio. Differentia latet in verbo JUSTA, id est, quæ jure facta est. Vacuna lib. 4. *declarat. c. 5. m. 4.* sive solennitatem desideret sive non. NOSTRÆ verbo denotatur quòd jura testamentorum, per seipsa firma esse oporteat, & non ex alieno arbitrio pendere *l. illa institutio. 32. Dd. instituend.* POST MORTEM: Ante enim non valet. *c. cum Marthæ. de celebrat. Missar. Add. Duaren. in comm. D. de testam. . 1. Donell. lib. 6. comm. c. 4. Arum. Ex. 7. th. 2. Roberum, disp. 3. & alios.*

II. Testamenti in specie factio est origine Juris Civilis.

I. *§. fin. Inst. de Usu & habit.* II. *§. sed eum paulatim. 3. Inst. de testam. ordin.* ubi jus testamentorum refertur partim ad jus civile, partim ad Prætorium, partim ad Constitutiones Principum. E. III. Quia de portati ea non amittunt, quæ Juris Gentium sunt. *l. sunt quidam. 17. §. 1. D. de pæn.* Atqui amittunt testamenti factionem. *l. 1. C. de hered. instituend. l. 2. C. de honor. possess. Dn. Gedd. ad l. 12. §. 1. n. 27. D. de verb. Signif. & de contrab. stipul. cap. 2. n. 22. Forst. disp. 12. th. 3. Bronch. cent. 3. adf. 10. Diss. Dd. variè.*

III. In testamento solenni requiruntur septem (a) testes, etiamnum (b) hodie.

A

(a) §. Sed



(a) §. *Sed cum paulatim*. Inst. de testam. ordinand. l. s. unus. 12. C. de testam. nescilicet in tam celebri actu aliquid committatur falsi. l. fin. C. de fidei commiss. Cur autem septem; vid. Arum. Ex. 7. th. 10. (b) I. d. §. *sed cum paulatim*. l. jubemus C. de testam. II. Eadem subest hodie ratio, nequit falsitatis admittatur E. idem Jus. l. illud. 32. D. ad L. Aquil. III. Confirmatum hoc in Comitij coloniens. de An. 1512. tit von Testamenten. L. und sollen die Notarien &c: Dauth. intr. de testam. in pr. n. 420. & seqq. Vultei ad §. possunt. n. 24. Inst. de testam. ordin. cap. cum esseß. X de testam. Alciat. l. 1 n. 12. C. de Sacro sanct. Eccles.

#### IV. Qui numerus tamen tempore pestis non requiritur.

I. Arg. l. casus 8. C. de testam. II. Necessitas enim legi subjecta non est. c. quod non est licitum 4. de Reg. Jur. in 5. ubi glos. c. consilium 2. in fin. de obs. jejun. Et necessitatis causa sæpe à Regulis juris receditur. arg. l. omnes C. de feris. l. 2. C. de patrib. qui fil. distrax. III. Const. Elect. 4. p. 3. Gail. lib. 2. obs. e. 118. n. 18. & seq. Mynsing. cent. 1. observ. 96. Vultei. ad §. 5. n. 29. Inst. de testam. ordin. Heig. n. 19. ad v. 3. Forst. d. disp. 12. th. 5. Dis. Arum. diët. Ex. 7. th. 11. Fachin. lib. 5. controuv. c. 92. Bronch. cent. 2. Micell. adf. 12. Hæn. disp. 7. th. 4. Additio. De jurc Civili etiam tempore pestis i septem testes requiri intestamento solenni, cum Aurum d. l. verius credimus.

#### V. Imò testamentum inter liberos, nullis testibus præsentibus factum valet.

I. L. fin. C. famil. herciscund. l. hac consultissimâ. §. ex imperfecto. C. de testam. II. Id quod meritò constitutum, ut propter debitam à liberis parentibus reverentiam paternum judicium qualecunq; non rescinderetur, sed firmum ratumq; permaneret. Donell. lib. 6. comm. cap. 9. Gail. lib. 2. obs. cap. 112. n. 7. in pr. Fachin. lib. 4. controuv. cap. 1. Bronch. cent. 1. Miscell. adf. 10. Hartm. Pistor. lib. 1. Quest. 3. n. 4. Dis. Cujac. consult. 1

#### VI. Testium nunerus statuto minui potest.

I. Solennitas enim hæc septem testium, est solum introducta jure civili in l. hac consultissimâ. C. de testam. Ea a, quæ jure civili disposita sunt, contrariâ dispositione ejusdem juris tolli

possum



posunt. §. *Sed naturalia*. Inst. de J. N. G. & Civ. E. arg. l. *nib tam naturale* 36. D. de Reg. jur. Mynsing. cent. 5. obs. 20. n. 1. & 2. Gail. lib. 2. obs. cap. 123. Hæo. disp. th. 5.

#### VII. Contractus in testamento celebrari nequit.

I. *L. heredes palam*. §. *f. D. qui testam. fac. poss. l. cum antiquitas*. 28. C. de testam. ubi dicitur, testamenta unico contextu fieri debere, nullo actu extraneo interveniente. Contractus aut est planè diversum quid *l. verba* 20. O. de Verb. Sign. II. Testamentum est voluntatis nostræ sententia: *l. 1. D. qui testam. fac. poss.* At contractus etiam ab alterius dependet voluntate. *l. La-beo*. 19. D. verb. Sign. *l. 1. §. 1. A. de pact. Canan. lib. 9. comm. cap. 3. Fachin. libr. 5. contro. cap. 32. Bronch. cent. 3. adf. 22. Rober. disp. 9. th. 8. Disf. Duaren. in comm. de testam. nuncupat. pag. 322. Covarruv. in rubr. de testam. n. 17. Hæn. d. disp. 7. th. 6.*

#### VIII. Testamentum nullo alio, quam signatorio an-nulo signari potest.

I. *L. ad testium*. 12. §. *signum*. D. qui testam. fac. poss. II. Si enim alia fortuita signa ad miserimus, veteris juris solennitatem interire necesse est; quoniam & aliàs in testamentis nimia solennitas & diligentia observatur. *l. 88. in f. D. de legat. 3.* II. Quia annulus signatorius eo præcipue pertinere videtur, ut hoc munere fungatur: unde & nomen. *l. signatorius*. 74. ubi *Alciat. Brecheus D. de Verb. Sign.* IV. Quia ob hanc causam permisum, ut etiam alieno signare permisum esset. §. 5. Inst. de testam. ordinand. ubi *Vigilli n. 2. Duaren. in eorum. D. de testam. inscriptis Cujac. lib. 15. obs. cap. 11. GilKen. ad l. unus* 12. in 6. C. de testam. *Forst. d. p. 1. disp. 12. th. 7. Disf. Conan. lib. 9. comm. c. 2. n. 3. Arum. Ex. 7. th. 17. Bronch. cent. 2. Miscell. adf. 16. Hæn. disp. 7. th. 5.* Additio. Dissidentibus hic subscribere placet; maxime cum in *Constit. Maximilian. de Ann. 1512. tit. von Testamenten*. §. *die form. s. es mögen*. vocabulum *Siegneten* reperiatur.

#### IX. Emancipatus filius, frater, maritus, &c. testes rectè adhibentur.

I. §. 9. Inst. de testam. ordinand. *l. qui testamento*. D. qui testam. fac. poss. Liberi enim in potestate constituti, cum eo una  
A 2  
eademq;



eademque persona censentur: ideoque rectè reprobantur. *arg. l. 10. D. de testib.* Hæc autem ratio cessat in potestate solutis, & aliis, de quibus quæritur. *l. respiciendum. 11. D. de pœn.* II. Quia hi testes heredi potius sunt, quam testatori. *Donell. lib. 6 comm. cap. 7. Viglius num. 8. Wesemb. & Heig. ad d. §. 9. Hæn. disp. 7. thes. 8. Bronch. cent. 3. adf. 23. Diss. Dd. ferè commun. Duaren. lib. 1. d. p. annivers. cap. 28.*

X. Item, Legatarius etiam in testamento nuncupativo.

I. §. *Legatariis. 11. Inst. de testam. ordin.* II. *L. qui testamento. 20. in pr. D. Qui testam. fac. poss.* Et lex cum generaliter loquatur, etiam generaliter accipienda. *l. de pretio. 9. D. de Publician. in rem act. l. distantibus. 22. C. de testam. Viglius ad b. l. D. num. 9. Donell. lib. 6 comm. c. 7. in fin. Anton. Matthe. in notis d. §. Arum. Ex. 7. th. 16. Rober. disp. 11. th. 6. Diss. Duaren. in comm. D. de testam. c. de testibus in testam. idon. Hæn. d. disp. 7. th. 9.*

XI. Mulier (a) tamen in testamento non admittitur ad testimonium: licet in (b) Codicillis non reprobetur.

(a) Mulieres enim jus comitorum non habebant; unde in calato testamento olim testes esse non poterant: Neq; etiam in eo, quod fiebat in procinctu; quia militiæ capaces non erāt. Uti nec in eo, per æs & libram fiebat; cum in emancipationibus adhiberi solebant tantum cives Romani masculi. *Vigl. ad §. testes autem. n. 3. Inst. de testam. ordinand.* (b) Cessant enim hæ rationes in Codicillis omnes. *Donell. lib. 7 comm. cap. 19. Schneidw. ad § testes. 6. n. 3. Inst. de testam. ordinand. Bronch. cent. 3. Miscell. adf. 27. in f. Diss. Cujac. in l. qui testam. D. qui testam. fac. poss. Decius in l. 2. n. 28. D. de Reg. Jur.*

XII. Testamentum ad alterius interrogationem conditum non valet.

I. Quia testamentum debet esse justa & libera voluntatis nostræ sententia. *l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles.* quæ hic videtur impediri, *l. 1. l. 2. D. si quis aliq. testar. prohib.* II. Pro formâ in testamento



mento requiritur, ut heredis nomen à testatore proprio ore exprimatur. *l. jubemus. C. de testam.* quod hic per æquipollens expediri nequit; cum sit falsitatis evitandæ gratia introductum. *Vigl. in §. 3. Inst. de testam. ordinand. n. 9. Forst. d. disp. 12. th. 9. Fachin. lib. 10. Controv. cap. 17. Bronchorst. cent. 2. Miscell. cap. 9. Disf. Fachin. lib. 5. Controv. c. 69.*

### XIII. Milites nostri temporis jure militari testari possunt.

I. Rationes enim eæ adhuc vigent, propter quas militibus olim hoc privilegium cōcessum fuit, imperitia scilicet. *l. quanquam. C. de milit. testam. l. 1. C. de jur. & fact. ignorant. & periculum. l. 1. D. de milit. testam. §. 1. Inst. eod. E. Idem jus.* II. Nunquam illud privilegium ademptum reperitur: Cur igitur stare prohibeatur? *l. sancimus. C. de testam. Vaud. lib. 1. Var. Quest. cap. 55. Fab. Schneidw. num. 8. Mynsing. n. 4. Vgl. & Heig. n. 5. ad pr. Inst. de milit. testam. Arum. Ex. 7. th. 8. Hæn disp. 7. th. 10.*

### XIV. Idem credimus de militibus limitaneis & stationariis,

I. Quia propter subita pericula censentur in expeditione esse. *l. 6. §. 1. D. d. Verb. Sign.* II. Quia & paganus in procinctu sive acie constitutus quoquo modo vult, testari potest. *l. f. D. de testam. milit. Cujac consult. 49. Heig. ad pr. Inst. de milit. testam. n. 6. & 7. Gothofr. ad l. 17. lit. b. C. eod. Bocer. in tract. de Jur. bell. cap. 18. n. 6. & cap. 26. n. 11. Forst. d. disp. 12. th. 10. Disf. Zaf. Consil. 6. num. 20. Gail. lib. 2. obs. cap. 118. n. 6.*

### XV. Miles coram duobus saltem testibus testamentum sine scriptis condere potest.

I. *§. planè Instit. de milit. testam.* Nequè enim, si inter pocula & per jocum, familiari miles dixerit, se hunc heredem velle, continuo heris is erit. II. Debet certò constare de militis voluntate, quod serio testari voluerit. *l. Lucius 40. D. de milit. testam.* Id quod fieri communiter solet duobus testibus. *l. ubi numerus. D. de testib. gloss. & Dd. ad d. §. planè. Gail. libr. 2. obs. cap. 111. n. 17. Bronch. cent. 2. Miscell. adf. 22. Disf. Arum. d. Ex. 7. th. 13.*



XVI. Rogatio tamen necessaria non est.

I. §. 1. *Inst. de milit. testam.* II. Hæc enim est solennitas juris civilis. *auth. rogati. C. de testib. cui miles adstrictus non est. l. 1. D. de testam. milit.* III. *d. l. Lucius. 40. D. eod. Vigl. ad d. §. 1. num. 5. Wesemb. Heig. num. 3 & seqq. Bronch. d. adfert. 22. Hæn. disp. 7. th. 11. D. β. Clar. lib. 3 sentent. §. testam. quest. 18. n. 4.*

XVII. Milites togatæ militiæ, ut Doctores & Advocati jure militari testari non possunt.

I. §. f. *Inst. de milit. testam. ibi*, sed jure communi. II. Cessat enim ratio, propter quam armatis militibus diligentia illa remissa est per omnia. *l. 2. §. 43. D. d. Orig. jur. ubi dicitur: Turpe est oranti causas, jus, in quo versatur, ignorare.* Sic hic nullum periculum vel armorum occupatio. *l. f. in pr. C. de jur. de liberand. Donell. lib. 6. comm. cap. 28. Schneidw. ad pr. Instit. de milit. testam. n. 12. Wesemb. n. 6. Forst. d. disp. 12. Diss. Vigl. ad pr. n. 8. Gail. de libr. 2. obs. 118. n. 15.*

XVIII. Filiusfamilias de adventitiis, quorum usufructus ad patrem non pertinet, testari non potest.

I. *L. pen. C. qui testam. fac. poss.* II. §. 1. *Instit. Quib. mod. non est promiss. fac. testam.* in quo loco, cum duo genera peculiorum, Castrensis & quasi excipiantur: sequitur firmari regulam prohibitionis in casibus non exceptis. III. *LL. 12. tabb. expressè excluditur filiusfam. ne testamentum condere possit. l. verbis. 120 D. de Verb. Sign. E. Duaren. in comm. D. de his qui testam. fac. poss. Faehin. lib. 5. Controv. cap. 92. Bronchorst. cent. 3. adfert. 21. & cent. 2. Miscell. adf. 17. Rober. d. disp. 11. th. 2. Diss. Vaud. lib. 1. Var. quest. 1. Wurmser. lib. 1. Præf. obs. 39. obs. 16.*

XIX. Damnati ad mortem hodiè à testamenti factione non arcentur.

I. Ratione legis cessante, cessat ipsa lex. Hodie enim bona damnatorum non amplius confiscantur. *auth. bona damnatorum. C. de bon. proscript. quæ olim erat ratio prohibitionis. l. 8. §. 1. D. qui testam. fac. poss.* II. Retinet libertatem. *auth. sed hodiè*



hodie. C. de donat. inter vir & uxor. III. Constit. Elector. 6. p. 3. We-  
semb. in Paratit. D. qui testam. fac. post. n. 13. Vigl. in § sed hactenus.  
Inst. de milit. testam. Hackelm. disp. Illustr. 16. tb. 4. lit. f. Forst. d. disp. 12.  
tb. 14. Diss. Vasq. lib. 3. Illustr. controuv. 96. n. 6. Gail. lib. 1. de Pac. Publ.  
cap. 19. n. 8. & alii à Hackelman. allegat.

XX. Præteritio sui heredis testamentum quoad le-  
gata non infirmat.

I. Nov. 115. cap. 3. in fin. §. eadem. Inst. de hered. quæ ab intestat. de-  
fer. auth. ex causâ. C. de lib. præter. II Imperatoris enim hic sco-  
pus fuit propositus, ut à liberis præteritionis & exhereditatio-  
nis injuriam auferret. Hoc autem saltem fit quoad institu-  
tionem. Donell. lib. 9. comm. cap. 10. & in d. auth. ex causâ. n. 7.  
& seq. C. de lib. præter. Gail. lib. 2. obs. cap. 113. num. 1. Bronch. cent. 3.  
ads. 29. Diss. Cujac. ad d. 17. D. de injust. irrit. & rupt. testam. §. l. 4.  
D. de lib. posthum. hered. instit. Rober. disp. 11. coroll. 2. Additio.  
Præteritionem etiam quoad legata infirmare testamentum,  
cum Magnif. Dn. Frantz. Ex. 6. q. 3. statuere lubet.

XXI. Etiam posthumi.

I. Nomen enim filiorum in posthumum cadit. l. nomen. 164. D.  
de Verb. Sign. l. 5. D. de testam. tutel. II. l. 3. §. unde. D. de injust. rupt.  
& irrit. testam. Mynsing. in §. posthumus. num. 12. Instit. de exhered.  
liber. Vultej. num. 16. Clarus d. lib. 3. sentent. §. testament. quæst. 52.  
num. 3. Diss. Donell. add. auth. ex causâ. n. 3. Anton. Fab. lib. 20. Error.  
Pragmat. cap. 4. & alii allegati à Gilken. in d. auth. ex causâ. sub n. 11.  
quem vide.

XXII. Liberi exheredari non possunt ob alias cau-  
sas, quam quæ Novel. 115. cap. 3. continentur,

I. Propter verba exclusiva: *nominatim*: nulli liceat ex alia cau-  
sâ: sed quia causas. II. Convenit odia restringi, & favores am-  
pliari. c. odia de Reg. Jur. in 6. III. Alias alteratio illa veterum  
nondum esset sublata; quod est contra intentionem Impera-  
toris Justiniani. Conan. lib. 9. comm. cap. 10. num. 9. Vigl. in §. fin. n. 8.  
Inst. de exhered. liber. Arum. Ex. 10. tb. 3. Bronch. cent. 3. ads. 26. Diss.  
Menoch. de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cent. 3. casu 267. circ. fin. Borich.  
tr. de



*tr. de feud. cap. 8. n. 132. Heig. ad §. fin. Inst. de exhered. liber. num. 14.  
Corras. lib. 3. de Jur. art. cap. 8.*

**XXIII. Posthumus hodie exheredari nequit.**

I. Causæ enim enumeratæ in *d. Novell. 115. cap. 3.* in eum non cadunt. E. II. iniquum, ut is patiatur, qui non peccavit. *arg. l. sancimus. C. de pœn. l. 33. C. de in offic. testam. Heig. ad §. 1. n. 4. Inst. exhered. liber. ubi Mynsing. num. 7. Figl. num. 9. Vultej. n. 14. Cujac. ad l. 4. D. de lib. & posthum. Forst. d. disp. 12. th. 19. Diss. Donell. lib. 6. comm. cap. 13. & in auth. ex causâ. C. de lib. præter. Arum. Ex 10. th. 6. Hæn. disp. 7. th. 18.* Additio. His etiam Dissidentibus subscribimus.

**XXIV. Liberi sub casuali vel mixtâ conditione heredes institui non possunt.**

I. *L. Omnimodò. C. de inofficios testam.* ubi habetur pro præterito. II. *L. Lucius. 83. de condit. & demonstr. l. 4. C. de institut. & substitut.* III. Paria enim sunt, aliquid non rectè & planè non fieri. *l. quoties. D. qui satisfac. cogant.* cum ea conditio in filii potestate absolutè non sit. *Gilken. ad d. l. 4. C. de Instit. & substitut. Donell. lib. 6. comm. cap. 12. Forst. disp. 12. th. 15. Diss. Dd. in d. l. 4.*

*C. de instit. & substit. comm. ibique Gothofr. Ferdinand. Vasquius de success creat. §. 30. num. 112.*

*& seqq.*





WITTENBERG, Diss. 1652

ULB Halle 3  
002 716 461



TA 30L

VD 17











12  
~~40.~~  
12  
1

M. A. 1652

STITUTIONUM  
KREMBERGS J. U. D.  
TO SEPTIMA  
ENTIS OR-  
NDIS.

*quam*  
gnificâ & Nobilif-  
icâ in Illustri Academiâ  
tebergæ  
S I D E  
CHORIO Lufato,  
Cand.  
*orum ventilationi*  
*bjicit*  
IAN Saxo Patr. Magdeb.  
*18 Julij. August.*  
co consuetis.

---

EBERGÆ  
hneri Acad. Typogr.  
M DCLII.